



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 202. De traditione bonorum in villa Bortrun in pago Agrotingun pro
anima Cobbonis comitis, nec non de villis ad pagum Agrotingun
spectantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno trif eorum testes uuulfrid odo item odo. (h) hranning bilis folc-
85+vsque marus et alii duo.
877 re-
gnante
Hludo-
uuico et

§. 202.

Tradidit eise quidquid habuit in *bortrun* (i) pro anima ioco-

Kissenbrück. Sed vndenam bona in villis *Upmain* et *Gellitbi* in manus dominorum, ex familia Billingana procreatorum, peruerenter, curiose videris ex nobis querere. Respondemus pauca pro instituto. Id quodammodo, quod scire laboras, intelligitur ex §. 104, vnde constat, *Thiadricum*, *Sibodomem* et *Gamerum* fratres, coheredes fuisse Adalrici seu ducis Ostfalorum Hessi, quem bona amplissima in pagis Norththuringi et Derlingi, ac domicilium suum habuisse in castro Aesburgu haud procul vicis Chirsenbruegg et Nienthorpe. Probabilissime coniectare licet, ex hereditate eiusdem ducis fuisse bona, quae in pago *Saltgo* isti fratres monasterio nostro tradidere; hosque verisimilime existuisse factores comitum de Sladem dictorum, qui eadem in regione comitatum suum haberunt.

De Otto-
ne et Ot-
tone,

(h) Num ex his duobus *Ottonibus* unus est is, quem supra §. 188. fratrem Fritherici satoris comitum Walbeccensium atque Anhaltinorum appellauimus? Nihil definio.

De pago
Agrotin-
gun et
villa Bor-
trun.

(i) Præstantissimum hic habemus paragraphum, si cum nostro Registro MSpto, in quo villa *Bortrun* ponitur in pago *Agrotinon*, conferre eum fueris dignatus. Ut autem eundem locum accurate extricemus, præmonendum est, vocabulum *Icoonis*, pro cuius anima hic quedam traduntur, in membrana codicis nostri ob vetustatem distincte legi non potuisse. Videtur ei substituendam esse vocem *Cobonis*. Super litteram c lineola erecta adest, et cum super litteram i numquam eo aucto exstet punctum, verisimillime genuina lectio erit *Cobonis*. Hoc monito præmisso, putamus, sermonem hic esse de *Cobone*, fratre *Luidolfi* ducis, filio *Eeberti* ducis, quem supra §. 104. not. (n) credidimus fuisse satorem comitum Tecklenburgicorum. Atque hoc ipsum comprobant bona, quae *Eise*, forte *Cobonis* vxor, pro eius ac *Thiadulfi* anima tradidit. Verisimillimum ergo est, quod l.c. ex Erdmanno relatum legimus, *Cobonem* nostrum anno 873 mortuum esse. Id enim cum his traditionibus congruere videtur. Cum enim infra §. 208, 210, et 224 mortuo *Cobone* nostro eius frater *Luidolfus*, quem anno 875 vitam cum morte commutasse perhibent, adhuc inter viuos numeratur, *Cobonem* ante annum 875 e vita excessisse oportuit. *Thiadulfi* autem videtur filius *Cobonis* fuisse, cum inter *Cobonis* posteros alium *Theodulfum* deprehendamus. Plures præterea *Theodulfi* in eius familia esse potuerunt, quorum nomina in annalibus non adseruata. Hisce premissis, pagum *Agrotinon* inuestigare libet. Huius autem verum situm indicant diplomata sequentia, quæ ex originis litteris accurate exhibemus. En vnum.

CIn nomine dñi dei et saluatoris nři Ihsu Xpi Hludouicuſ diuina repropitiante clementia imperator augustus. Si liberalitat̄ nr̄iae munere de beneficiis a deo nobis conlatiſ lociſ deo dicatiſ aliquid conferimus id nobis et ad mortalem uitam felicitate transfigendam et ad aeternam perpetualiter obtainendam profuturum liquido credimus. idcirco notum fieri uolumus öūm fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum sagacitati quia petente uuarino uenerabili abbatte qui monasterium quod noua corbeia dicitur nostra concessione in regimine habere dinoscitur complacuit celitudo nřae quandam cellam iuris nři uocata meppiam quae est constructa in pago agrotinon memorato monasterio per hanc nostram auctoritatem tradere ut perpetuo sub eius dictione cum omnibus ad se pertinentibus consistat. Hanc ut diximus cellulam sub integritate cum omnibus rebus ac se pertinentibus et adspicientibus id est basilicis domibus ceterisque aedificiis terris pratī siluis cultiſ lociſ et incultiſ mobilibus rebus et immobilibus mancipiū diuerſi

uersi sexus et aetatis memorato monasterio subditam esse facimus at-guber-
que per hanc nostram auctoritatem ita condonamus et tradimus ut nante
in iure eiusdem ac monachorum ibidem per tempora dō seruentium Corbe-
in diuersis necessitatibus ad diuinum cultum propensiū exequendum iam Adal-
absque cuiuslib& diminutione et retraſtatione permaneat et nullus
fidelium nostrorum ab eorum dominatione et potestate eam quoquo
modo auferre aut in aliam quamlib& partem quacunque occasione
transſerre praesumat sed liceat memorato abbati eiusque ſuccelloribus
ac monachis in memorato monasterio per tempora degentibus iam di-
cta cella cum omnibus ad eam pertinentibus ad dī et domni nři Ihu
Xpi famulatum diligentius peragendum uti absq; cuiusquam contrarie-
tate et quaecunque ad fuoſ in domni nři Ihu Xpi militia uſus et ne-
cessitateſ pertinent adornare disponere iusteque efficere quatinus pro
nobis coniuge proleque nřa et pace ac ſtabilitate totius imperii a dō
nobis commiſſi alacrius eos indeſinenter domni misericordiam exorare
delect&. Et ut haec nřa auctoritas inviolabilem et inconuulsam obti-
neat firmitatem manu propria adſcripſimus et anuli nři imprefſione ad-
signari iuſſimus.


Signum  Hludouici ſereniſſimi imperatoris

Hirminmarus notarius ad uicem Hugonis recognoui et / / /
data VII id. decemb. anno Xpo propitio XXI imperii domni Hludo-
uici piissimi augufti indictione XIII. auctum blanciaco in nomine dī
feliciter amen.

Sigillum eſt æquale
illi, quod exhibuimus
Tab. II, n. 6.

Hugo, ad cuius vicem Hirminmarus notarius hanc chartam ſubnotauit, in
diplomate quodam eiusdem caſar Hludouici ad annum 839 in Eccardi His-
t. Geneal. f. 256 seq. Huggi & abbas Fuldenſis et ſacri palati notariorum ſum-
mus et frater Hludouici imperatoris appellatur. Vnde diſcimus, quis ille
Hugo fuerit, quantum eius nomen. Alterum diploma, quod adducere volu-
mus, eſt Ottonis M. et tenoris ſequens:

 In nomine ſcæt et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente cle-
mentia rex nouerit omnium fidelium nostrorum tam praefentium quam
et futurorum industria qualiter nos per interuentum dilecti fratris no-
ſtri Heinrici et venerabilis abbatis bouonif ad monasterium ſcōrum
martyrum stephani atque uiti monetam atque thelonium in loco meppia
nominato. ſito inter aquas emifa et baſa dictat. in pago agrotingun
in comitatu duringi comitif. iure perenni in proprium donauimus.
iuſſimus quoque inde hoc preceptum conſcribi manu nřa ſubſigna-
to et anuli nři imprefſione roborato.

Signum  domni ottoni ſereniſſimi regis

Brun cancellarius ad uicem fridurici archicapellani recognoui et / / /

V u

data

Ab anno
854 usque
877 re-
gnante
Hludo-
uico et


data III kl. ianuarii anno incarnationis dñi DCCCCXLV. indict.
secunda. anno autem domini ottonis piissimi regis decimo. actum da-
larem in dñi nomine feliciter amen.

Sigillum est idem,
quod exhibuimus
Tab. I, n. 5.

His litteris adiungimus præterea sequentes:

CIn nomine sc̄ae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina auxiliante clementia rex. nouerit dñum fidelium nostrorum sagacitas tam praefentium quam etiam futurorum qualiter nos per interuentum dilecti germani nostri brunonis et uenerabilis abbatis bouonis ad monasterium s̄c̄ martyrum stephani atq; uiti quod corbeia nominatur bannum supra duas villas meppium nominata. sita iuxta fluuium emisa et base in pago agrotinon in comitatu thuringi comitis. cum moneta et thelonio iure perenni in proprium concessimus. Iussimus quoque inde hoc presens prescriptum conscribi per quod volumus firmiterq; iubemus ut nullus iudex publicus in locis ante dictis ullam insuper exerceat potestatem iudicariam nisi prefati legitimus aduocati abbatif. mercatum uero constituant publicum in illis ubiq; abbatii placuerit locis pacemq; firmissimam teneant aggredientes et regredientes et ibi manentes eodem modo sicuti ab antecessoribus nostris regibus iam pridem aliis publicis mercatorum locis concessum erat. et ut hec auctoritas nostra firma et stabilis permaneat manu nostra firmauimus et anulo nostro insigniri iussimus.

Signum domni ottonis invictissimi regis



Brun cancellarius ad uicem fridurici archicapellani recognoui et fff.
data III kl. iunii anno dominice incarnationis DCCCCXLVI. indict.
III. regnante pio rege Ottone anno X. actum frosa in dñō feliciter
amen.

Sigillum non est amplius
integrum, sed fractum.

In his diplomatis procul dubio est cella Meppia monasterium Meppen.
Due vero ville, Meppiu nominatae sunt loca duo, nominatim vicus Olden-Mep-
pen, et oppidum Meppen, in episcopatu quidem Monasteriensi, ad iura autem
abbatis Corbeiensis usque in hodiernum diem spectans, ex Corbeia adhuc sub-
ditum. Florentius, 38 Episcopus Monasteriensis Seculo XIV medio fere Mep-
piam convertit in urbem. Otto IV, Comes Hoinianus, Episcopus 41, castellum
ei imposuit, defunctus a. 1424, 3. Oct. Ludouicus Pius locum donasse Corbei-
ensi Abbatiae, refert Ditmarus p. 403. 418 Tom. I Leibn. Corbeienses donatio-
nem hanc ad annum 834 figunt. Praefitura Meppensis in manibus est Cor-
beiensem & que ac magistratus infundatio. Circa oppidum Meppen ergo pagus
Agrotinon quondam existit. Ibi reperiuntur & confluent fluvii Emsa, die
Ems,

ioconis et thiadulfi testes berthricus *uuigbertus* (k) adalgot eylhardus ^{guber-}
et alii XV. ^{nante}
^{Corbe-}
^{iam Adal-}
^{gario.}

§. 203.

Tradidit *uuichardus* (l) pro remedio animae suae quidquid habuit
in pago *Suilberi* (m) in villa, quae dicitur *dassila* (n) testes eyulf rain-
hardus *osdag* (o) uuikger fidag et alii X.

§. 204.

Tradidit adalhardus quando filium suum obtulit ad reliquias scōrum
martyrum stephani atque uiti mansum unum cum familia in loco qui dici-
tur *uuyrun* (p) testes uratheri luduuard sneuard erymbert.

§. 205.

Tradidit *gamer* (q) pro sorore sua helmburg quidquid habuit in
sirikeshus testes uuerinbert *tbiadricus* sibodo uolcmer bilis erp et alii sex.

§. 206.

Ems, et *Hase*, die *Hase*. Eadem confirmantur e nostro Registro Bonorum Ab-
batiae Corbeiensis, in quo huic pago *Agrottingon* tribuuntur 1) *Bortrun*, Bor-
sen in inferiori episcopatu Monasteriensi, 2) *Linduri*, Linden in Emslandia,
3) *Ladorp*, Laßorp, 4) *Lyonge*, Lönigen, 5) *Lodon*, Laten, 6) *Sugila*,
Sogel, 7) *Werelidde*, Werelte, 8) *Holtus*, Holthusen in comitatu Lingensi,
et 9) *Burgiun*, Borg in episcopatu Monasteriensi. Pagus *Agrottingon* ergo ver-
sus septentrionem contiguous fuit *Laingo* pago Frisia orientalis. De hoc supra
egimus §. 8. not. (q). Adigit versus orientem pagum Leri seu Leriga in comi-
tatu Diepholzane, de quo vide annotationes nostras §. 35. not. (D). Versus
meridiem autem pago Hrecwiti in episcopatu Osnabrugensi, de quo vide §. 108.
not. (s), pagus Agrottingon fuit confinis.

(k) *Wigbertus* an ad stemma Widekindeum referendus est? an filius Theodorici vel De Wig-
berto.
Hrothardi vel Heionis vel Thancmari fuit?

(l) de *Wychardo*, ad progenitores comitum Dasselensium referendo, iam supra egi. De Wi-
chardus §. 104. not. (b) et (l).

(m) De pago *Suilberi*, intra comitatum Dasselensem olim obuio, vide supra §. 167. De pago
not. (Q). *Suilbergi*.

(n) *Dassila* villa nunc appellatur *Dassel*, vrbs quondam primaria comitatus Dasselien. De villa
fis, pars Hildesiensis episcopatus sub præfectura Hundesrück. Conf. de hac *Dassila*.
villa diplomata, in *Addendis* prolata num 395. et 398.

(o) De *Osdag* vid. §. 199.

(p) *Wyrn* villa erat in marca *Sturmetbi*, de qua vide §. 176. not. (r). Nunc appellatur *Verne*, locus ducatus Westfaliae, vbi hominem proprium cum manlo possit. *Wyrn*,
det abbacia Corbeiensis, qui ad officium in Mönninghausen, vulgo *das Vits Amt*
dictum, refertur.

(q) *Gamer* nominabatur supra §. 201. frater *Tbiadrici* et *Sibodonis*, qui hic inter te- De Ga-
stes apparent. Inde conclusimus, hic designari eundem *Gamerum*, familia Bil-
lingana inserendum. Erat autem villa *Sirikeshus* in pago *Fulben*, Registro no- villa Siri-
stro teste. Designatur per eam vicus *Sierse*, intra præfecturam Wolffenbuttel fi-
tus, cuius ecclesia spectat ad ecclesiam Bethmar sub inspeccione Bahrum. Eam
ob causam purauimus supra §. 104. not. (w) vnum ex his fratribus fuisse fato-
rem comitatus Olsburg, inter Saxonie nostræ comites quondam celeberrimo-
rum, quorum castrum Olesburch olim in vico Olsburg ad Fusam fluum in
ducatu Brunswicensi sub præfectura Lichtenberg exsilit. Collegium canonico-
rum